



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

VIII. De accusatione Euphemii aduersus Polychronium pontificem suum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

ANNO
CHRISTI
433.

omnia Euphemius in conspectu Synodi. Respondit Castus episcopus ex directione Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos iustitia: Introducantur testes numero competenti quadraginta, vt, secundum Canonem catholicum vrbis Romæ, damnetur extra ciuitatem.

CAP. VIII.

Prima autem die Synodi tanta probatio fuit Euphemii. Qui dum probasset omnia, quæ testificabatur prima pollicitatione damnatus est, & accepit anathema dum docuisset omnia, & subscripserunt omnes episcopi in eius damnationem. Leo diaconus vrbis Romæ dixit: Ex te enim damnaberis, quoniam pontificem, qui te consecrauit coepiscopum, condemnabas & accusabas. Cecidit autem in terra ante omne Concilium episcoporum, & ibi confitebatur se peccasse. Respondit Abundius episcopus missus ab vrbe Roma, & dixit: Non licet quemquam accusare pontificem suum, quoniam iudex non iudicabitur. Alia autem die conuenerunt in basilica sancta resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, & ibi federunt iudican-

omnia Euphemius in conspectu Synodi. Respondit Castus episcopus ex directione Sixti episcopi, & dixit: Vincat nos iustitia. Introducantur testes numero competenti quadraginta, vt secundum Canonem catholicum vrbis Romæ, damnetur extra ciuitatem.

CAP. VIII.

Prima autem die Synodi tantum probatio fuit Euphemii. Qui dum probasset omnia testificabatur, prima pollicitatione dānatus est, & accepit anathema, dum docuisset omnia. Et scripserunt omnes episcopi in eius damnationem. Leo diaconus vrbis Romæ dixit: Ex te enim damnaberis, quoniam pontificem, qui te creauit coepiscopum, condemnabas, & accusabas. Cecidit autem in terra ante omne Concilium episcoporum, & ibi confitebatur se peccasse. Respondit Abundantius episcopus, missus ab vrbe Roma, & dixit: Non licet quemquam accusare pontificem suum, quoniam iudex non iudicabitur. Alia autem die conuenerunt in basilicam sanctæ resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, & ibi sederunt iudicantes eum. Ibi

D iij

tes eum. Ibi autem cum anathemate damnauerunt Euphemiũ vsque ad vltimum diem temporis sui. Et subscripserunt omnes in eius damnationem episcopi numero septuagintafex, & duo diaconi cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerat, concluderunt, subscribentes in eius damnationem, & dum damnassent eum, extra ciuitatem iudicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quia ordinasset diaconum Æthiopem nomine Victorem, & quia propter decem libras auri ecclesias consecrabat, damnauerunt eum extra ciuitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, vt locus eius intactus seruarietur in gremio vrbs Ierusalem. Et dum cessissent ei vsufructuario prædia, subscripserunt episcopi septuagintafex & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco eius nomine Theodolum de Bethlehem vrbe. Et suspenderunt sedem eius, ita vt extra ciuitatem habitaret in prædia supradicta, & venerunt ad vrbe[m] Romam festinantes supradicti

autem cum anathemate damnauerunt Euphemiũ vsque in vltimum temporis sui. Et subscripserunt omnes in eius damnationem. Episcopi vero septuagintafex, & duo diacones cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres episcopi, qui directi fuerant, concluderunt, subscribentes in eius damnationem. Et dum damnassent eum, extra ciuitatem iudicabant.

CAP. IX.

Et Polychronium episcopum Hierosolymitanum, quare ordinasset diaconum Æthiopem, nomine Victorem, & quia ad decem libras auri ecclesias consecrabat, damnauerunt eum extra ciuitatem, & dederunt ei vel constituerunt prædia tria ecclesiæ, ita tamen, vt locus eius intactus seruarietur in gremio vrbs Ierusalem. Et dum cessissent ei vsufructuaria prædia, subscripserunt omnes episcopi septuagintafex, & episcopi tres, & presbyteri tres, & diacones duo, & dimiserunt ibidem episcopum quasi vicarium in loco eius nomine Theodolum de Bethlehem vrbe. Et suspenderunt sedem eius, ita vt extra ciuitatem habitaret in prædiis supradictis. Et venerunt ad